Obra protegida por direitos de autor

COMMENTARII

# COLLEGII CONIMBRICENSIS SOCIETATIS IESV,

## In tres libros de Anima, Ariſtotelis Stagiritæ.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

CONIMBRICÆ

*Typis & expenſis Antonij à Mariz Vniuerſitatis Typographi.*
*Anno Domini, M.D.XCVIII.*

CVM PRIVILEGIO REGIS ET FACVLTATE SVPERIORVM.

Dos deserto de Sta Cruz de Busaco

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor

# IVDICIVM EORVM, QVI AD hos cōmentarios ex officio Sanctæ Inquiſitionis recognoſcendos conſtituti fuerunt.

RE cognouimus, atq; accuratè expendim⁹ hos curſus Conimbricē ſis cōmentarios in tres libros Ariſtotelis de anima, cum appoſito tractatu de anima ſeparata, & nihil in eis inuenim⁹, quod à fide, ac vera Religione alienū ſit; imò verò eos eſſe cenſuimus, qui ob rerum tractandarum copiam, atque ſermonis præſtantiam, proſperos vbique gentium, humanæ, & diuinæ philoſophiæ ſucceſſus, literarum candidatis ſint allaturi. Quapropter immortalitati, & typis commendandos exiſtimauimus.

*Ioannes Correa.* *F. Ludouicus de Sotto Maior.* *Antonius de Caſtelbranco*

# FACVLTAS SVPREMI SANCTÆ Inquiſitionis Concilij.

Excudantur hi commentarij in tres libros Ariſtotelis de anima. 24. Septembris. 1592.

*Antonius de Mendonça.* *Iacobus de Souſa.* *Marcus Teyxeira.*

# FACVLTAS REGII SENATVS.

Excudantur hi commentarij, Oliſipone. 23. Decembris. 1595.

*Hieronymus Pereira* *Damianus de Aguiar.*

# *FACVLTAS ILLVSTRISSIMI, AC REuerendiſſimi Domini Alphonſi de Caſtelbranco Epiſcopi Conimbricenſis.*

Excudi poſſunt hi commentarij cum nihil contineant, quod Chriſtianæ Religioni, ac honeſtis moribus repugnet. 6. Martij, 1598.

D. ALPHONSVS EPISCOPVS COMES.

Obra protegida por direitos de autor

# SVMMA DO PRIVILEGIO REAL

Communicado ao Impreſſor Antonio de Mariz, com to-
das ſuas forças, & pelo meſmo tempo, que aos
Padres da Companhia de IESV
he concedido.

EL REY Noſſo Senhor fez merce aos Padres da Companhia de IESV deſte Reyno, que ninguem poſſa Imprimir nem trazer de fora, nem vender quaes quer liuros compoſtos, ordenados, ou treſladados por elles, ſem ſua approuação, ſob pena de perder os ditos liuros que lhe forem achados, & trinta cruzados: como mais largamente ſe contem no Priuilegio, & Prouiſam de Sua Alteza, que Iorge da Coſta fez em Lisboa a 25. de Agoſto, Anno do Senhor De 1572.

REY.

Obra protegida por direitos de autor

PROOEMIVM

# IN TRES LIBROS ARISTOTELIS DE ANIMA.

## DE VTILITATE, ORDINE, materia ſubiecta, & partitione horum librorum.

QVANTVM ſcientia de anima, ob certitudinem demonſtrandi, & rerū, in quibus verſatur, nobilitatem, inter alias Philoſophię partes emineat: quā ſit tum ad vitam probe inſtituendam, & moderandam; tum ad omnem veritatis cognitionem vtilis; ex ijs, quæ Ariſtoteles mox docebit, conſpicuum fiet. Sed idē, præſertim quod ad vtilitatem ſpectat, ſuaderi ampliùs, illuſtrarique ex eo poteſt, quia vt celebris illa ſiue Chilonis, ſiue Phemonoæ, aut Thaletis, vel quicūque eius author fuerit, ſententia foribus templi Delphici ab Amphictionibus inſcripta cōmonebat, maximè eniti quiſque debet, vt ſe ipſum norit: noſſe autem ſe nemo poteſt, niſi animi ſui naturam, & dignitatem perſpectam habeat. Quia verò, vt M. Tullius lib. 1. Tuſculanarū quæſt. & Plotinus lib. 3. Enneadis quartæ cap. 1. poſt Platonē in Alcibiade 1. cenſuerunt, non aliud Delphica illa inſcriptio hortabatur, quàm vt animi naturam cognoſceremus. Videlicet quia quiſquis mentis ſuæ vim, & excellentiam ſpectandam ſibi exhibuerit, intelliget non eſſe in his fluxis, & caducis bonis immorandum; ſed ſempiterna, & diuina omni ſtudio, & contentione quærenda: in quo præcipua veri, & legitimi Philoſophi ornamenta conſiſtunt. Eſt item doctrina hæc magno vſui ijs, qui de communi vita & moribus diſceptant, vt conſtat ex lib. 1. Ethic. cap. 13. & ex lib. 6. cap. 1. Etenim oportet eos à Naturali accipere quo pacto ratio ſummam animæ arcem teneat, vt inde appetēdi, & iraſcendi vim ſibi ſubijciat, & inſurgentes motus ad certam normam moderetur. Oportet etiam principium actionum, in quibus humanæ vitæ felicitas ſita eſt; itemque partitionem facultatum, qua ad affectus, & virtutes explicandas vtuntur, ab eodem mutuari. Huc pertinet illa Ariſtotelis commonitio in extremo capite lib. 1. Ethicorum, ſicuti medici, qui remedia curandis corporibus adhibent, vt

Huius ſcientię vtilitas, quòd illius ope ſe ipſum quis probe norit.

Tullius. Plotinus.

De hac ſententia Laertius lib. 1. Plin. lib. 7. cap. 32. Macrob. 1. Satur. c. 6. Xenophon. 4. comm. Clemens Alex. in Pędag.

Quòd ad moralē diſciplinam ſit opportuna.



Obra protegida por direitos de autor

munere ſuo probe fungātur, in animorū cognitione multū operæ collocāt: ita ac multò potiori ratione Philoſopho ciuili, qui ſanādis animi morbis ſtudet, cōperta eſſe debere, quæ ad animi ſcientiā ſpectāt. Ad primā veró Philoſophiā mirificè cōfert, quatenus ab intellectu noſtro ad ſubſtantias intelligibiles, & à materia abſolutas per analogiā quādam, ſimilitudineq́; prouehimur, & humana mens ſe ſupra ſe cōuertēs, à ſe ipſa ad diuinam naturā, à qua profecta eſt, reuocatur, & quicquid ipſa perfectionis habet, in Deo omnium perfectionum fonte inuenit, meliori tamen nota, omniq́; imperfectione ſublata. Deniq; cōmuni ratione, ad omnē Philoſophiæ partē opportuna eſt hæc de animo meditatio; quia cū animus rationis, conſilijq; particeps (vt Triſmegiſtus in Aſclepio ait) ſit veluti Orizon æternitatis, & temporis, atq; intelligibilis, corporeæq́; naturæ nexus, ac confinium: vel, vti alij dixere, totius mundi ſumma: ſiquidē natura media extremas repræſentat, ſuperiorē vt imago; inferiorē vt exēplar: ſit vt animi doctrina veluti quoddā rerū diuinarū, & humanarum ſcientiæ cōpendium exiſtat, noſque ad omnē aliā veritatis notionē præparet. Oſtēdit quoq; vberē huiuſce contēplationis fructum, id, quod D. Auguſt. 2. de ordine c. 8. aſſerit; nimirū duas eſſe præcipuas in Philoſophia quæſtiones; vnam de anima, alterā de Deo. Primā, efficere vt nos ipſos nouerimus; alterā, vt originē noſtram; illā nobis dulciorem; hanc chariorem eſſe: illam nos dignos beata vita; hanc beatos reddere.

Item ad Metaphyſicam.

Lege cap. 7. lib. 12. Metaphyſ.

Ad vniuerſā etiam philoſophiam.

Triſmegiſt9.

Animus noſter medius inter æterna & caduca.

D. Greg. Nyſſenus lib. 1. de homine c. 5. Plotin. Enned. 4. lib. 6. cap 3. D. Thom. lib. 2. contra gēt. c. 68. & lib. 4. c. 55. Ficinus lib. 3. de immortalitate anim. c. 2. Beſſario lib. 2. cōtra calumn. c. 7. Picus in Heptaplo c. 7.

Certè animi conſiderationem magni eſſe momenti ſatis oſtēdunt tā patrū quā externorum etiam philoſophorum ea de re ſcripta. Nam D. Dionyſius c. 4. de diuinis nom. de anima ſcripſiſſe ſe meminit, D. Iuſtinus Philoſophus & martyr eiuſdē argumēti librum edidit, vt refert D. Hieronymus in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis; D. Auguſt. librum vnum compoſuit de immortalitate animæ; alterum de animę quantitate; quatuor de anima, & eius origine. D. Gregorius Nyſſenus ſatis longam diſputationem à ſe cum Sorore Macrina de anima & reſurrectione habitam literis commendauit. Tertullianus vnum de anima librū condidit. Iam vero Ethnici auctores multa de eadem cōſcripſere, Triſmegiſt9, Plato, Theophraſtus, Plotinus, Chalcidius, Proclus, Iamblichus, Tullius, auctor operis de ſapientia ſecundum AEgyptios. Ariſtoteles etiam præter hos tres libros, alium reliquit de animæ quæſtionibus, ſed iniuria temporis intercidit.

Porrò autem quanto ſtudio hoc opus ab Ariſt. elaboratum, perfectūque ſit, teſtatur ad eius proœmium Themiſtius hiſce verbis. Cùm pleraque omnia Ariſtotelis ſcripta, eiuſmodi habeantur, vt de mirari præſtantiam eius facilè ſuppetat; nulla profectò commentatio eſt, in qua ille perinde ingenij ſui vim, & ſublimitatem oſtenderit, atq; in ea, quæ rationem animæ continet: ſiue enim multitudinem quæſtionum, ſiue copiam rerum pulcherrimarum, ſiue doctrinæ ſubtilitatē quæras; eiuſmodi ſunt libri de anima; vt vni illi homini omnia, quæ ad hoc genus pertinent, in numerato fuiſſe, conſtitiſſeque videantur.

Themiſtij teſtimoniū de præſtantia librorum Ariſtotelis de anima.

Illud verò hoc loco in primis diſquirendum occurrit, quod diſsidētium

Obra protegida por direitos de autor

tiũ interpretum opinionibus agitatur; videlicet quem hæc ſcientia inter cæteras Phyſiologiæ partes, doctrinæ methodo, atque ordine, locũ vendicet. Sed, longiori diſputatione omiſſa, ſtatuendum eſt cũ Theophraſto apud Themiſtium lib. 3. huius operis c. 39. ſuæ paraphraſis, & D. Thoma, quẽ recentiores fere ſequuntur eam proximè ſequi poſt libros Meteororum; atque antecedere totam diſciplinam ad res animatas pertinentẽ. Nãq; vt D. Thom. & Theophilus in proœmio huiuſce operis animaduertũt, ſicuti Phyſiologiæ totius exordium eſt Phyſica Auſcultatio; quia vniuerſam Naturalium principiorũ explicationem continet: ita congruebat vt initium commentationum de rebus animatis, eſſet conſideratio animæ, quæ rerum animatarum commune principium eſt. Alexander tamen Aphrodiſienſis in ſuo primo de Anima, & Auerroes 4. Meteororum priorem fecere tractationem de animalium partibus. Primùm, quia contemplatio materiæ antecedit cõtemplationem formæ; partes verò, ſiue organa, ſunt materia, ſubiectũvè animæ. Secundò, quia anima definitur per corpus organicũ: quare ne definitio ex ignotis progrediatur, oportuit declaratum id priùs ab Ariſtotele fuiſſe. Hæc tamen argumenta non concludunt. Nam eſto partes organicæ animalium, de quibus Ariſtoteles in lib. de partibus animalium diſſerit, habeant ſe ſe ex parte materiæ quatenus corporeas functiones animæ in ſe recipiunt: diſpoſitionesque neceſſariæ ſunt ad introductionem animæ, vt ſuo loco exponemus. Licet item partes organicæ facilius cognoſcantur, quàm anima, cuius natura abdita eſt, & recondita; non proinde tamen de ijs priùs agendum fuit; ſed de anima potiùs; quia vt paulò ante ſignificauimus, monetque Ariſtoteles primo capite libri primi Phyſ. & cap. 1. & 3. libri primi de partibus anim. poſt Platonem in Phædro, & Hippocratem in lib. de natura humana, In omni benè inſtituta diſciplina, ea tractanda priùs ſunt, quæ patent latius, ac magis communia habentur, ne eadem ſæpius repetere cogamur: anima verò latiùs patet, quã partes animaliũ; cũ hæ animantibus dũtaxat; illa omnibus inſit viuentibus. Nec materiæ conſideratio, contemplationem formæ præit, ſi aliud doctrinæ ratio poſtulet, anima vero non per corpus organicum animalis, ſed per corpus organicum viuentis in cõmunè definitur. Quod ante doctrinã de anima declarari ab Ariſtotele haud neceſſe fuit; cũ ad animæ definitionẽ percipiendã, diſtincta & abſoluta organici corporis notitia minimè requiratur; ſed confuſa ſufficiat, quæ facilè poteſt cõparari. Quin verò non minus ad notitiam organici corporis, ſcientia animæ; quã ad animæ ſcientiã, organici corporis cognitio exigitur, ſiquidẽ anima etiã in definitione corporis organici adhibetur, cũ definiatur id, quod affectũ eſt organis, ad animæ fũctiones obeũdas accõmodatis. Quo patet eiuſmodi argumentum, ſiquid momenti habeat, æqua vi in aduerſarios retorqueri poſſe.

Dubitatio de ordine horũ librorũ inter cęteras phyſiologiæ partes.

Reſolutio.

Aliorum ſententia.

Refellitur.

Cõmuniora prius tractãda.

Nunc, quodnã horũ librorũ ſubiectũ ſit, expẽdamus. Venetus hoc loco, & quidam alij è recentium Philoſophorũ cœtu nõ animam, ſed corpus animatum eſſe ſtatuunt. Quod probant, primũ, quia vt hæc

De ſubiecto huius operis prima ſententia.

1. argum.



Obra protegida por direitos de autor

doctrinā pars quædam eſt Phyſiologiæ, ita oportet eius materiam talē eſſe, vt de ea totius Phyſiologiæ ſubiectum tanquam de parte inferiori ac minùs latè patenti enuntietur: liquet autem ens mobile de corpore
2. animato, nō de anima eo pacto dici. Deinde, quia vel hìc, vel nullibi Ariſtoteles de corpore animato egit; nullibi egiſſe abſurdum eſt; nec enim à Philoſopho tam præclara ſpecies entis naturalis ſilentio inuoluenda fuit; Egit ergo de illa in hoc opere; ac proinde corpus animatū eſt illius ſubiectum. Tertiò, quia id ſubiectum cuiuſq; diſciplinæ eſt,
3. cui primò, ac per ſe conueniunt affectiones, quæ in ea tractantur: at nutriri, ſentire, moueri, velle, intelligere, cæteræque eiuſmodi affectiones, de quibus in hiſce libris diſſeritur, non animæ, ſed corpori animato partim in commune, partim per ſua inferiora primùm ac per ſe competunt, vt capite 4. primi libri text. 54. Ariſtoteles inquit. Quare non videtur negandum materiam huic operi ſubiectam eſſe corpus anima-
2. Sententia. tum. Verū nobiliſsimi quique Peripatetici, Simplicius, Philoponus, Alexander, Themiſtius, D. Thomas, M. Albertus, Aegidius, Theophilus, Iandunus, Caietanus, Ferrarienſis, & plerique alij adhunc locū cōmuni conſenſu aduerſariam partem ſequuntur, ſtatuuntque horum librorum ſubiectum eſſe animam. Quod ex eo primū ſuadetur, quia  Apolinaris, Flād rienſis, Tolletus, Iauellus. Thienenſis.
1. Ratio. vt ex 1. lib. Poſter. cap. 1. & 9. colliges, id rite ſubiectum in qualibet ſcientia conſtituitur, cuius definitio in ea inueſtigatur, & traditur: in hoc verò opere non corporis animati, ſed animæ definitionē quæſiuit, atque aſsignauit Ariſtoteles; vt ipſe in proœmio propoſitum ſibi eſſe dixit, & in libro de ſenſu & ſenſili perſolutū à ſe fuiſſe gloriatur. De-
2. inde, quia ſi corpus animatum eſſet huius diſciplinæ ſubiectum, cùm in categoria ſubſtantiæ inferius, atque adeò nobilius ſit animal, quàm corpus animatum; ſequeretur immerito hanc ſcientiam propter ſubiectæ materiæ præſtantiam maximèque ob excellentiam animæ rationalis cæteris Phyſiologiæ partibus ab Ariſtotele anteponi; cùm ea po-
3. tiùs, quæ de animantibus diſſerit, eo nomine præferēda eſſet. Poſtremò fauèt huic ſententiæ ipſa operi inſcriptio; nūcupātur enim hi libri
Quid ſentiēdum ſit. περὶ ψυχῆς, id eſt, de Anima. In hac dubitatione dicendum nobis videtur libros de anima bifariam ſpectari poſſe. Nimirum vel per ſe, ac ſeparatim: vel vnà cum ijs, qui paruorum Naturalium vocātur, qui illorum quaſi acceſsio quædam ſunt. Tum ſi priori modo ſpectentur, eorum ſubiectum eſſe animam; ſi poſteriori, corpus animatum. Tres enim de anima libri in ſcrutanda, explicandaque per ſe animæ natura potiſsimū inſumuntur, nec viuentium affectiones, & proprietates, niſi ſecundum rationem originis ſuæ, & vt ab anima tanquam à fonte manant, ac prout ad cognitionem illius obſeruiunt, expenduntur. At in opere paruorum naturalium eædem prout iam corpori, eiuſque organis accōmodantur, in conſiderationem veniunt. Quo fit vt eiuſmodi opus, & tres libri de anima integram corporis animati cōmentationem exhibeant. Aduerſariorum verò argumenta, quæ probare nitebantur libros de anima, etiam per ſe ſumptos, habere pro ſubiecto corpus ani-  Ita cenſuit Apolinar. hoc loco q. 2. ar. 2
Reſpondetur argumentis primæ ſententię
Ad 1. matum facilè ſoluuntur. Ad primū negari debet oportere totius diſci-

plinæ

Obra protegida por direitos de autor

plinæ ſubiectum de ſubiectis partium affirmari: alioqui diceretur ens mobile de ſenſu, & ſenſibili, itemque de reſpiratione, & de motu animalium, quas conſtat eſſe peculiares materias quorundam opuſculorum Ariſtotelicæ phyſiologiæ. Similiter neceſſum foret orationem philoſophorum, quæ totius Logicæ ſubiectū eſt, enuntiari de voce ſimplici, quæ eſt ſubiectum Categoriarū. Itaque ſat eſt ſubiecta partiū cuiuſque ſcientiæ aliquo modo includi in ſubiecto totius; nec ſub illo directa ſerie contineri oportet.

Ad ſecundum, dicendum eſt non omiſiſſe Ariſtotelem corporis animati explicationem; ſed eam, quoad animam, in tribus, qui de ea inſcribuntur, libris; quoad ipſum corpus, quantum ſat erat, in paruis naturalibus tradidiſſe. Ad tertium, affectiones, de quibus in libris de anima agitur, primò, ac per ſe conuenire animæ, vt earum fonti, & origini: tametſi vt Ariſtoteles loco citato vult, non niſi de toto compoſito, vt de principe ſubiecto enuntientur. Si cui tamen viſum fuerit priorem tueri ſententiam, quæ licet à communi abhorreat, improbabilis tamen non eſt; reſpondeat argumentis in contrariam partem adductis; quanquam Ariſtoteles hiſce libris animæ definitionē tanto ſtudio inueſtigarit, ac tradiderit: in id tamen nō animæ gratia præcipuè incubuiſſe; ſed propter corpus animatum, ad quod, vt ad totius operis ſcopum, reſpiciebat. Nec verò animæ facultates, quoad ſuum principiū duntaxat, ſed vt totum compoſitum, ideſt, corpus animatum, ornant, expendiſſe. Item doctrinam de anima reliquis naturalis philoſophiæ partibus excellere, non vt præciſè circa corpus animatum in commune verſatur; ſed quatenus diſceptat de animo rationali, qui cæteras phyſicæ cōſiderationis formas, naturæ dignitate vincit. Denique, inſcribi hos libros de anima, non vt à principali ſubiecto, ſed vt à præcipua illius parte, quæ proinde ſubiectum quo dici poteſt, ſicuti & corpus animatum, ſubiectum quod, vt philoſophi quidam loquuntur.

Ad 2.

Ad 3.

Occurritur rationibus pro 2. Sententia.

1.

2.

3.

Quod ad operis partitionem ſpectat; Ea ſic habet. In primo libro diſſerit Ariſtoteles de eſſentia animæ contra veterum placita; ex propria verò ſentētia capit. 1. & 2. libri ſecundi. Tum reliqua parte eiuſdem libri agit de potentijs animæ in commune, de facultatibus ad animam vegetatricem ſpectantibus, & de ſenſibus externis. De internis autem, tribus capitibus libri tertij. De intellectu à quarto ad nonum. Inde ad finē libri, de motu, & quibuſdam affectionibus, quæ animantibus vniuerſim competunt.

Partitio operis.



Obra protegida por direitos de autor

# QVÆSTIO VNICA.

## NVM INTELLECTIVÆ ANIMÆ Contemplatio ad Phyſiologiæ doctrinam pertineat, an non?

### ARTICVLVS. I.

### VARIÆ PHILOSOPHORVM Sententiæ.

Prima ſentētia animę humanæ cōſiderationem mediam eſſe inter Phyſiolog. & metaphyſ.

HVic quæſtioni non nihil difficultatis peperit ſentētiarum varietas, & diſcrepantia. Nam Philoponus primo de ortu & interitu: Simplicius, & Themiſtius initio Phyſicorū, quibus etiam videtur adſtipulari Boetius in ſuo prologo ad Iſagogem Porphyrij, animæ conſiderationem, non phyſicam, ſed Mathematicam eſſe (In prologō editionis 2.) autumant: non quòd eam mathematici negotij eſſe putent: ſed quia ſicuti res mathematicæ inter phyſicas, & diuinas vtriuſque naturæ interſtitio, & affinitate mediæ ſunt: ſic anima inter eaſdem medium tenet, cùm ſit intelligibilis & corporei mundi nexus, ac vinculum, vt ante expoſuimus; proindeque eius conſideratio ad mediam quandam diſciplinam, quæ partim Naturalis, partim tranſnaturalis ſit, videtur pertinere; ſiquidem eiſdem modis res, & ſcientiæ diuiduntur, vt conſtat ex tertio huius operis cap. 8. text. 38.

2. Sententia eſſe Metaph.

Prima ratio ex authoritate Ariſt.

Alij eam contemplationem ad primum Philoſophum delegant innixi potiſsimùm authoritate Ariſtotelis primo de partibus anim. cap. primo vbi hāc quæſtionem diſertis verbis propoſuit, cūque quæſijſſet, num Philoſophi naturalis eſſet de omni anima diſputare, reſpondit nō eſſe: quia alioqui ageret Phyſiologus de intellectrici anima, & de intellectu conſideraretque omnia intelligibilia, quandoquidem relatorū eadem eſt ſcientia, intellectus autem, & id, quod ſub intellectum cadit, relata ſunt. Secundò, quia Phyſica contemplatio eſt ſolius naturæ; at intellectus natura nō eſt. Tertió, quia diſputare de rebus à materia abſtractis, vt de intellectu, alienum eſt ab inſtituto naturalis philoſophi, qui in rerum corporearum duntaxat perueſtigationem incumbit.

2. Ratio.
3. Ratio.

3. Sententia eſſe Phyſicā.

Tertia Opinio eſt Alexandri ad initium Meteorum, Auerrois 2. Phyſic. com. 26. & 1. de partibus anim. cap. 1. & 3. huius operis, cōm. 17. & aliorum compluriū exiſtimantium animæ ſcientiam ad Phiſiologum attinere, cùm Ariſtoteles in hoc opere, quod procul dubio pars

quæ-

conſtet. Id enim, quod aſpicimus, non niſi in ſpeculo conſtitutum ſe
ſe nobis offert; & multo minus apparet, atque etiam in longiori diſtan-
tia, quàm eſt. Tertio, quia in ſpeculo plano ſecundum Orizontem col- 3.
locato ſumma pars rei viſæ apparet ſuprà; ima vero infra; & in ſpeculo
fracto ſimplicia videntur gemina, atque in ſpeculis quibuſdam certo
modo cōpoſitis, non geminata tantùm, ſed numeroſa multitudine. Quæ
omnia non aliunde videntur prouenire, quàm ex diuerſo modo, quo
imago in ſpeculis recipitur, & inde ſe ſpectãdam offert. Poſtremò, quia
cùm ab aere, vt interdum accidit, reflexio ad viſum fit, id, quod cernitur 4.
non eſt res ipſa, ſed eius ſimulachrum, vt non obſcurè tradit Ariſtoteles
3. lib. Meteororum cap. 4. vbi ait, cuidam (hunc Antipherontem Ore-
tanum fuiſſe memorant) ſemper imaginem ſuam ab aere repercuſſam
ante oculos obuerſari ſolitam. Itaque non ſentit Ariſtoteles Antiphe-
rontem ſe ipſum, ſed ſui imaginem in aere obtueri conſueuiſſe. Quod
etiam de ſpeculo procul dubio pronuntiaſſet, cum vtrobique eadem
omnino ratio ſit.

In ſpeculo fracto mutato ſitu partium cur multiplex appareat obiectum Cantuarienſis lib. 2. perſpect. c. 3. concl. 5.

## ARTICVLVS II.

# NON VIDERI IN SPECULO IMAGINEM.

IN propoſita dubitatione variæ ſunt auctorum ſententiæ. Nam Sco-
tus in 2. d. 13. q. 1. Auerroes lib. de ſenſu & ſenſ. cap. 1. D. Thomas
de veritate q. 8. art. 5. & art. 15. aſſerit lapidem, & eius imaginē in ſpe-
culo ſimul videri, idemque repetit 1. p. q. 58. art. 3. quod exemplum
vberiùs enarrans Capreolus in primo d. 35. q. 2. a. 1. in ſolutionibus
argumentorum contrà 2. concluſionem, ait viſile producere ſpeciē ſui
vſque ad ſpeculum, quæ viſile duntaxat referat; tum ab ſpeculo vſque
ad oculum effundi vnam tantùm ſpeciem, quæ vtrunque repræſentet.
In eadem ſententia ſunt Caiet. 1. p. quæſt. 56. art. 3. Cælius lib. 15.
c. 1. Ioãnes Gandauenſis quæſt. 9. de ſenſu, & ſenſili, Thimon 3. Me-
teororum q. 4.

Videri obiectum & imaginem cenſent D. Thom. Caiet. Capreol. Cęlius.

Contraria tamen opinio vera eſt: quam omnes ferè perſpectiui am-
plectuntur, vt videre eſt apud Ciruelum lib. 2. Preſpectiuæ cap. 2.
concl. 13. & Vitellionem lib. 5. Richardus in 4. d. 11. quæſt. 1. in 6.
principali. Apollinaris hoc in lib. quæſt. 17. alijque non pauci. Ea ve-
ro hac cōcluſione explicabitur. In ſpeculo non videtur ſola imago rei,
nec res ſimul cum imagine; ſed ſola res à qua imago ſpeculo imprimi-
tur. Hæc aſſertio cùm tribus conſtet partibus, quoad priorem ita con- 1.
cludıtur. Quicquid videtur aut color eſt, aut lux; hæc enim tantùm ſub
obiecto viſus continentur: ſed imago neutrum horum eſt: ergo ea non
videtur. Secundò, ſpecies viſualis eſt homogenea, ac quælibet eius pars 2.
totum obiectum refert, vti ſuperiùs diſſeruimus: atqui in ſpeculo in alia
parte

Antonius Andreas ſuper authorē ſex principiorū. Tolet. q. vlt. huius libri. Leuin. lib. 2. de occultis naturę mirac. c. 33. Palatius in 2. ſentent. d. 3. diſput. 5.

Contrarium opinantur Ciruelus Vitellio Richardus.

Concluſio.

Non videtur imago. Probatur.

Obra protegida por direitos de autor

parte caput, in alia pedes, cæteraque membra ſe ſe aſpectui ingerunt
3. Non poteſt ergo id, quod cernitur eſſe ſpecies viſualis. Tertiò, quia imago diffunditur toto ſpeculo, & tamen id, quod aſpicitur, nō in toto
4. ſpeculo cernitur. Quartò, quia imago eſt in ſola ſuperficie ſpeculi cō-
5. fecti ex chalybe, & tamen res viſa apparet in profundo. Quintò, quia ſi imago videretur in ſpeculo, cum nihil niſi per ſimilitudinem potentiæ inuſtam percipiatur, vel imago cerneretur per ſimilitudinem eiuſdem ſpeciei, vel diuerſæ. Non eiuſdem; tum quia eſſe notionale, quale eſt imaginis, ſemper ab eo, quod ſignificat, diſtinguitur natura; tum quia nulla maior ratio eſt cur ſimulachrum coloris, quā cur ſimilitudo imaginis differat ſpecie ab eo, cuius ſimulachrum eſt; tum poſtremò quia ſimilitudines diſtinguuntur ſpecie per obiecta, quæ repræſentant: cū igitur color, & eius ſimilitudo naturam ſpecie diuerſam obtineant; cōſequens eſt vt etiam imago coloris & imago ſimilitudinis ipſius coloris naturam ſpecie differentem ſortiantur. Quòd autem imago in ſpeculo per aliam ſimilitudinem abſe ſpecie diſtinctam non cernatur, ex eo ſuadetur; quia tunc viſio quæ circa ſpeculum fit, non eſſet reflexa, ſiquidem à ſpeculo ad oculum ducitur recta linea. Quod ſi aduerſarius dicat obiectum aſpici per lineam reflexam; imaginem verò per rectam, iā negat ſolam imaginem videri, quod antè aſſerebat. Secundò, lux directa, & reflexa ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo imago per rectam lineam effuſa ab obiecto in ſpeculum, & per reflexam ab ſpeculo deſiliens ad oculum, erunt eiuſdem ſpeciei: atqui illa ſolùm repræſentat obiectum; ergo & hęc.

Non videtur ſimul res & imago.

Iam verò quòd ſimul & imago & res per eam ſignificata non ſpectetur, inde iam conſtat; quia eatenus tātùm diceretur videri à nobis ſimul res, & imago, quatenus idem eſt motus in imaginem, & in rem, quā imago repræſentat, vt ſcripſit Ariſtoteles lib. de memor. & reminiſ. cap. 2. quare cum oſtenſum ſit aſpectum noſtrum neutiquam ad imaginē ſpeculo inſidentem terminari, planum relinquitur dici non poſſe, nos & imaginem, & rem, quam imago ſignificat, in ſpeculo videre.

Solùm res in ſpeculo cernitur.

Supereſt ergo, vt quod in ſpeculo cernitur, ſit res ſpeculo oppoſita. V. g. cùm Socrates in ſpeculum intuetur, ſeipſum in eo videt per ſpeciem à ſpeculo deſilientem: quia nimirum primò in ſpeculum ſui imaginē rectà impreſsit, deinde imago ab ſpeculo repercuſſa ad oculos redit, qua obſignati oculi ipſiuſmet Socratis viſionem eliciunt, tendūtque in Socratem non in proprio ſitu, ſed in alieno, videlicet in eo, à quo imago ad aſpectum reſultat. Nec id mirum videri debet, cum id viſioni reflexæ peculiare ſit. Qua de re multa apud Vitellionem lib. 5. perſpectiuæ & ſequentibus.

Solut. argumenti. 1.

Nunc aduerſæ partis argumētis occurramus. Ad primum dicendū, etſi non ſolum vulgus, ſed ſapientum nonnulli cenſuerint videri in ſpeculo imaginem, idque ita eſſe ſenſui videatur, re vera tamen aliter rem habere, vt fuit à nobis commonſtratum. Ad ſecundum quid dicendum

Solut. 2.

ſit, ex proximè dictis patet. Ad tertium, varietatem illam penes ſitum,

Solut. 3.

qua ſe res cōſpecta in ſpeculis offert, item geminationē, multitudinē ve

eiuſ-

Obra protegida por direitos de autor

eiuſdem, naſci ex ſitu ipſo, vel compoſitione ſpeculorum, & ex modo, quo regreditur imago, per quam res videtur. Quæ omnia ſi à nobis particulatim, & enucleatè explicanda eſſent, oporteret ea de re integram atque alienam à preſenti inſtituto tractationem attexere.

Ad vltimum, quod etiam in lib. meteor. tract. 4. cap. 5. diſſeruim⁹, reſpondemus locutum fuiſſe eo loco Ariſtotelem ex communi vulgarium hominum ſententia; quemadmodum & cauſam, cur Antipheronti ſua imago præire ſemper videretur, reddidit non ex ſuo, ſed ex Platonis dogmate; qui, vt ſuperiùs diximus, aſpectum per egreſſum radiorum viſualium ab oculis fieri credebat. Itaque docuit ibi Ariſtoteles idcirco Antipheronti ſui ſimulachrum obuerſari ſolitum, quia adeò imbecilli viſu erat, vt radij ab eo exilientes non poſſent vltra progredi, & aerem propellere: ſicque à proximo aere, quaſi à ſpeculo confeſtim ad oculum redibant, & vbi ea repercuſsio fiebat, propriam formam intuebatur; ita Ariſtoteles. Si tamen germanam huiuſce rei cauſam requiris, reſpondet Alexander nubeculam aliquam Antipheronti ante pupillam coactam fuiſſe, è qua ob denſitatem reflexio imaginis ad humorem cryſtallinum fiebat, atque ita videre ſe ille in aere putabat, cùm re vera intra oculorum orbem videret; quemadmodum ob eiuſmodi materiæ intra oculos concretionem, interdum culices in aere volantes intueri nobis videmur, venulis, quæ ad pupillam ſunt materia illa oppletis, ideòque aliquantulum ſublatis, ita vt alarum quandam ſimilitudinem præ ſe ferant. Solutio VI. An viderit ſe in aere Antipheron.

Huic tamen ſolutioni illud obſtat, quòd cum intra oculũ non poſsit gigni imago totius corporis, vel faciei, cùm oculus non opponatur illis ex aduerſo, vtique non poterat Antipheron ſe per imaginẽ in oculo ipſo genitam conſpicere. Quare dicendum potius, ab aere ad Antipherontis oculos ophtalmia laborantes, reflecti ſolitam quaſi ab ſpeculo imaginem, qua ſe aere vicino intuebatur: potuit enim ab oculis eo morbo affectis humor diffluere, quo aer craſſeſceret, eamque repercuſsionem faceret. Altera ſolutio ſit: forſitan Antipheron neque intra oculum, neque in aere ſe ipſum videbat, ſed læſa imaginatione, id quod apprehendebat, exteriùs accidere putabat. Narrat enim de ipſo Ariſtoteles in libro de memoria, & reminiſcentia capit primo, eum idola omnia, quæ phãtaſia concipiebat, tanquam facta, & geſta narraſſe. Lege Galenum de locis affectis libro tertio capit. ſexto, quo loco oſtendit propter affectum humore melancholico cerebrum, ſibi perſuaſiſſe nonnullos, exteriùs obuerſari oculis plurima, quæ interiùs ſolummodo conficta erant.



Obra protegida por direitos de autor

# QVÆSTIO IX.

## VTRVM Ij, QVI AQVARVM inſpectores vulgo habentur, re vera ſub terris aquas videant.

### ARTICVLVS I.

### QVÆSTIONIS IN VTRANQVE partem diſcepatio.

PRo explicatione propoſitæ dubitationis aduertẽdum eſt, ex ijs, qui Aquileges nuncupantur, quoſdam eſſe, de quibus Plinius lib. 31. natural. hiſtor. capit. tertio agit, qui tantùm externis quibuſdam indicijs explorant, vbi aquæ ſubſint; quibus ad id præter vulgares notas, videlicet iuncum, aut arundinem, multùmque alicui loco incubantem ranam; Illud peculiare ſignum eſt, ſi ante ſolis ortum longius intuentibus exhalatio aliqua nebuloſa prætenuis appareat: quam tamen ex edito ſpeculantur proni, terram mento attingente. Eſt etiam vt loco citato ait Plinius, alia æſtimatio peritis tantum nota, quam feruentiſsimo æſtu ſequuntur, dieique horis ardentiſsimis, qualis ex quoque loco repercuſſus ſplendeat, Nam ſi terra ſitiente humidior eſt ille, indubitata ſpes promittitur; ſed tanta intentione oculorum opus eſt, vt indoleſcant, quod fugientes ad alia experimenta decurrunt, &cæt. Alij ſunt, qui profitentur ſe aquas terra latentes intueri. De his noſtra quæſtio eſt. Nam quòd hoc fictitium omnino ſit ex eo videtur oſtendi, quia cùm viſio non fiat niſi tranſmiſsis ab obiecto ſpeciebus per diaphanum actu illuſtratum, terra verò opaca ſit, ac nequaquam lumini peruia: quonam modo aqua terræ ſinu oblitescens videri poterit? Secundò, quia vel id prouenit ex perſpicacitate, & acumine; vel ex qualitate aliqua ijs hominibus naturæ dono inſita. Primùm dicendum non eſt, cum ij homines cætera non acutius videant. Nec ſecundum, quia non apparet quænam eiuſmodi qualitas ſit; ergo, &cæt. Accedit quòd nonnulli, qui hoc munus venditabant falſi ſunt nihil ſe minùs, quàm aquam ſub terris videre, ſeque id ad quæſtum finxiſſe. Quare & ij, quorũ dicto effoſsis puteis aquæ repertæ ſunt, quibuſdã venère in ſuſpicionem initi cum Dœmonibus fœderis.

Indicia latentis aquę

De his ſignis Vitruuius lib. 8. de Architectura. cap. 1.

Quibus rationibus probetur non videri aquas ſub terra.

Pro aquarum inſpectoribus.

At enim in contrariam partem non deſunt etiam argumenta. Ac primùm, quòd tametſi mirum ſit, non debeat tamen impoſsibile iudica-

Obra protegida por direitos de autor

iudicari, quoſdam eſſe, qui eo naturæ munere afficiantur; vt ſub terris aquas videant, reddi poteſt probabile multorum hominum exemplis, quibus peculiares quædam affectiones præter communem ordinem, & conſuetudinem ab ipſo ortu datæ ſunt. Nam Alexander Macedo ex cute, & membris ſuauiſsimum odorem afflabat; & qui eius menſis præerat Demophoon in Sole, balneoque rigebat, æſtuabat in vmbra. Tiberius Cæſar expergefactus noctu paulisper non aliter, quàm media luce, omnia contuebatur, paulatim tenebris ſeſe obducentibus: & noſtra etiam ætate ciuis quidam Brigantinæ vrbis in Luſitania noctu adeò acutè videbat, vt minutiſsima quæque diſtingueret. Athenagoras Argiuus à Scorpionibus percuſſus nihil dolebat. Tintyritæ incolæ Aegypti inter Crocodilos impunè verſantur. Quædam Aethiopum gens ex aduerſo Meroes ad vſque fluuium Hydaſpem citra periculum aſpides comedunt. Longum eſſet cætera perſequi. Solet quippe natura hiſce quaſi digreſsionibus extra chorum ſaltare, vt extraordinaria varietate vniuerſi pulchritudinem augeat.

Cœlis lib. 29 cap. 17.

Plin. lib. 11. c. 37. Tranquillus in Tyberio c. 68. Cælius lib. 30. cap. 9.

Item, quòd non repugnet cerni prædicto modo aquas, probatur ex eo, quia lynces dicuntur ea, quæ trans parietem ſunt, aſpicere: quòd etiam hiſtorici de quodam Argonauta, qui Lynceus dictus eſt, memoriæ prodiderunt. Nec officit quòd non videatur per terræ obſcuritatem trãſmitti poſſe imagines ab aqua ad aſpectum. Enim verò haud improbabile eſt, quod Stoici Philoſophi tuebantur, videlicet terram non nihil luminis imbibere, atque adeò etiam ea, quæ terræ ſinu ſaltem ad aliquam diſtantiam incluſa ſunt, iacere ex ſe proprias imagines, verum ita tenues, vt ordinariè, & communi videndi facultati non congruant, ſed ei, qua præditi aquileges ſunt. Nec item ſpecierum traiectionem impediet terræ denſitas: ſiquidem denſior quàm terra eſt cryſtallus, quæ tamen luce perfuſa ſpecies tranſmittit.

Cælius lib. 26 cap. 2.

## ARTICVLVS II.

## QVÆSTIONIS Explicatio.

HIS ita in vtramque partem diſputatis, nonnulli ætatis noſtræ nobiles Philoſophi affirmatiuam partem amplectuntur; nimirum, reperiri homines, qui re vera aquas terra latentes conſpiciunt. Adducuntur autem vt ita opinentur, non tam philoſophicis rationibus, quàm experientia. Fuerunt enim non pauci extantque adhuc nonnulli, qui multis in locis occultam aquæ vim ſua inſpectione oſtenderunt; non interueniſſe autem ad id opem Dæmo-

Sint aquileges nec ne, vtrũque probabile.



Obra protegida por direitos de autor

num ſuadet diligens, & accuratum examen, quo eorum hac in re probitas publici iudicij authoritate explorata fuit. Tum verò quòd quibuſdam etiam brutis animantibus hanc cernendi vim à natura datam fuiſſe perhibent, argumento quod certis quibuſdam locis aſpectu magnoperè terrebantur, vbi eruta terra, ſubterfluentes aquæ repertæ ſunt.

Satisfit argumentis pro vtraque parte adductis.

Qui negatiuam partem ſequuntur, ea, quæ diximus experimenta ad externa ſigna, ad mendacia, ad veneficia, ad caſum referunt. Si qui tamen affirmatiuam ſequi voluerint, ad primam aduerſariorum rationem reſpondebunt cum Stoicis, terram quidem opacam, & obſcuram eſſe, non quia nihil prorſus luminis interiùs ſaltem intra poros admittit, ſed quia id adeò exiguum eſt, vt pro nihilo habeatur; præſertim cùm ordinariè ſub aſpectum non cadat. Non videre autem aquileges aquã ſine aliquo lumine, argumento eſt, quòd aquam exploraturi meridianam lucem quærunt, & ſolis ſplendorem, quo nimirum è profundo ſpecies hauriant, & ad aſpectum euocent. Quæ ſpecies per aerem poris terræ contentum fortè traijciantur.

Non videbitur aqua ſub terra ſine aliquo lumine.

Ad ſecundam dicendum, vt plurimum id non prouenire ex nimia perſpicacitate, ſaltem reſpectu omnium viſilium, vti probat argumentum, ſed ex peculiari affectione occulta, quæ viſus proportionẽ ad vſum talium ſpecierum, & tam exigui luminis habet: quanquam interdum cum ea proportione repertum fuiſſe dicitur mirum acumen ad res omnes quàm longiſsimè tuendas; vt in Lynceo Argonauta, cuius ſupr mentionem fecimus, qui non ſolùm terra interpoſita videbat, ſed ſolitus etiam fuiſſe perhibetur exeuntem à Carthagine claſſem Punicam, numerumque nauium ex ſpecula Lybicana maniſeſtiſsimè notare. Idemque, quòd paucis mortalium contigit, nouiſsimam lunam, primamque in ſigno Arietis eodem die conſpexit. Plinius lib. 2. cap. 17.

Ad vltimum, haud mirum eſſe, quòd quidam videre ſe aquas finxerint cum non viderent, nihil eſt enim in iſtiuſmodi rebus tam certum, & conſtans, quod ſimulatores non inueniat.

CAPI.

## *Capitis Octaui Explanatio.*

a Nunc autem.} A viſu ad auditum tranſit, quòd hic ſenſus ſecundum dignitatis locum inter cæteros ſenſus externos vendicet, vt progreſſu patebit. Continet autem hæc diſputatio partes quinque. Vnam de obiecto auditus, hoc eſt, de ſono: alteram de eius functionibus: tertiam de organo; quartam de ſonorum differentijs: quintam de inſtrumentis, & generatione vocis.

## CAP. VIII

Text. 77. *Nunc autē poſt hæc de ſono & auditu determinemus oportet. Eſt itaque ſonus, duplex; quidam enim eſt actu; quidam potentia ſonus. Nam corporum quædam non habere dicimus ſonum, vt ſpongiam, lanam, & huiuſcemodi, quædam habere, vt æs, & quæcunque ſolida, læuiaque ſunt, quia poſſūt ſonare, id eſt, inter ſe, & auditum ſonum efficere.* b *Fit autē actu ſonus alicuius*
Text. 78. *ſemper ad aliquid, & in aliquo: ictus eſt enim, qui ſonum efficit ipſum. Quapropter fieri non poteſt, vt ſi vnum ſit corpus, ſonus efficiatur: quippe cùm aliud ſit id, quod verberat, aliud quod verberatur. Quare id, quod ſonat, ad aliquid ſonat. Sine autem latione nunquam efficitur ictus.* c *Atque, vti diximus, non quorumuis ictus corporum ſine vllo diſcrimine ſonus eſt, nullum enim efficit ſonū, ſi percuſſa fuerit lana, ſed æs, & quæcunque ſunt læuia, concauaque; æs quidem, quia corpus eſt læue, concaua verò, quia per reflexionem complures poſt primum efficiunt ictus, quippe cùm non poſſit aer motus, ac agitatus exire. Præterea, auditur*
Text. 79. *quidem ſonus, & in aere & aqua. At vero nec aer eſt auctor ſoni, nec aqua, ſed opus eſt, vt inter ſe ſe ſolidorū corporum, atque ad aerem ictus fiat, quod quidem tum fit, cùm aer percuſſus permanet, neque diffunditur. Quapropter ſi citò, vehementerque percutiatur ſonat, opus eſt enim vt percutientis motus diffuſionem præueniat aeris; perinde atque ſi cumulum aut aceruum arenæ cum fertur, velociter quiſpiā verberet.* d *Fit autem Echo, ſonitus, inquam is, qui poſt ſo-*
Text. 80. *num reſultat; cum aer factus vnus ob vas, vel locum, qui terminauit ipſum, atque diſſolui prohibuit, inde reſilit veluti pila repulſus. Videtur autem talis ſonitus fieri ſemper; ſed non ſemper clarus efficitur. Nam & in ſono perinde atq; in lumine fit. Lumen enim ſemper refrangitur; alioquin nō fieret lumen vbique, ſed eſſent extra locum eum tenebræ, quò radij ſolis perueniunt. Verùm non ita ſemper refrangitur, vt vmbram efficiat, qua terminare lumen ſolemus, quod quidem tum fit; cum ab aqua, vel ære, cæteriſque læuibus, vt patet, reflectitur. Rectè autem a veteribus audiendi*
Text. 81. *vacuo*

Docet ergo in primis ſonū duplicem eſſe: vnum actu, alterum poteſtate. Sonus actu, eſt cùm corpora ſonū efficientia actu colliduntur: poteſtate, cùm corpora, quę ſonare queunt, non actu colliduntur, ſed potentia tantùm.

b Fit autem actu ſonus.} Aggreditur ad explicandū quonam modo ſonus actu fiat; cum verò ſonus duplex ſit: directus, & reflexus; priùs de directo, qui reflexum neceſſariò antecedit, diſſerit. Docet igitur ad directum ſonum edendum tria corpora concurrere, nimirum corpus percutiens, percuſſum, & medium, quod intercipitur. Id verò ita probat. Sonus reſultat ex ictu, ſeu percuſſione, hęc autem non datur niſi vnum corpus percutiat, alterum plagam excipiat. Igitur ad ſonū producendum duo exiguntur corpora. Deinde, percuſsio non fit niſi vnum corpus ad alterū loco moueatur: hęc autem motio indiget medio, cum latio non fit in vacuo. Igitur tria corpora ad ſonum conueniunt; duo extrema, & vnum medium.

Trium corporum concurſu ſonus fit.

c Atque vti diximus.} Docet qualia eſſe debeāt ea corpora, quę percuſſa ſonum editura ſunt, idque nō nullis propoſitis conditionibus ediſſerit. Prima eſt, vt ſint dura, ſic enim ſibi mutuò obſiſtent, & interclusum aerem ferient; cuius conditionis defectu corpora lanea non reddunt ſonum: ſecunda eſt, vt ſint lęuia, quia læuium vna eſt æquabilis ſuperficies, qua totus aer ſimul diuerberatus ſonabit; nec fruſtratim comminutus ſilentio egredietur: tertia, vt ſint concaua: Nam hæc ad ſonum efficiendum aptiora ſunt: quia aer intùs incluſus poſt ictum ad latera cōcaua reper-

Corpora aptiora ad ſonū efficiendum dura, lęuia, cōcauaque ſunt.

Quod ſoni medium.

repercutitur, vt in tintinnabulis videmus. Deinde, agit de medio ſoni, docetque id eſſe aerem & aquam; licet hæc non ſint præcipua cauſa ſonum efficiens, ſed corpora ſolida aerem comprimentia, ita vt percutientis motus diſsipationem aeris præueniat, ac vincat. Vnde fit vt percuſsio velox, & concitata eſſe debeat, alioqui ſenſim aer diffluet abſque ſono. Quod Ariſtoteles exemplo declarat. Nam arenę cumulum deſcendentem, ſiquis celeriter, ac vehementer percutiat, ita vt ob velocitatem eius diffuſionem præuertat, ſonum efficit, contra verò accidet ſi arenam ſenſim, & leuiter feriat.

d Fit autem Echo. } Diſſerit de generatione Echus ſeu ſoni reflexi, quem ait fieri cùm ſonus ex ſono reſſultat, ideſt, cùm aer ictus in corpus, quod ei renititur incurrit, cumque vlterius progredi non poſsit, diſpeſcitur, & diſſultat, vt pilla. Docetque ſeu per huiuſce modi reciprocas voces fieri, licet præ ſua exilitate ſenſum effugiant; quod & in lumine accidit, nam etſi nõ ita nobis effulgeat, ſemper reſilit, etiam in eas partes, vbi eſt vmbra; alioqui tenebræ vbique eſſent, exceptis locis ſoli oppoſitis, vbi ſplédor & radius palàm incubat. Sic igitur & ſoni reflexio ſemper fit, quia ſemper ex ſono percuſſus aer inuenit corpus, vnde reciprocetur; non tamen ſemper auditur, aut quia ſpecies recurrentes pretenues ſunt, & iam penè emortuę; aut quia adſunt adhuc ſpecies directæ, aut non multo antè fuerunt; quod in cauſa eſt, ne Echo vti diuerſus ſonus percipiatur. Commonet deinde probè aſſeruiſſe antiquos philoſophos aerem eſſe medium, quo ſonus percipitur, qui tunc aptè immutatur, vt auditio fieri queat, cùm totus aer inter corpus, quod ſonat, & audiendi facultatem interiectus afficitur, vt in auditũ ſpecies tranſmitti poſsint.

Quemcunq; ſonum comitatur Echo, quanquã nõ ſemper percipiatur.

*vacuo tribuitur auctoritas. Nam aer vacuum eſſe videtur, is autem eſt, qui audire facit, cum continuus vnuſquiſque fuerit agitatus. Verum quia fragilis eſt, non perſonat niſi id, quod eſt percuſſum, ſit læue, tum enim vnus ipſe ſimul ob planiciem ipſam euadit, læuis nanque corporis planum eſt vnum. Id igitur ſonũ efficit, quod mouet vſque ad auditum continuatione aerem vnum.* Text. 82. *e Ineſt autem auditui quidam inſitus aer, atque cum auditus in aere ſit, cum externus aer mouetur, & internus mouetur ac agitatur. Quapropter animal non omni audit ex parte, neque quóuis aer pertranſit, & penetrat; quippe cum animatum non habeat aerem vbique, quo poſsit quauis ſua parte moueri. Ipſe igitur aer vacat ex ſe ſono, quia facile diſpergitur ac diſſoluitur: verum cum prohibetur diſsolui, tum motio ipſius eſt ſonus.* Text. 83. *At is aer qui in auribus eſt collocatus, intus eſt conditus vt ſit immobilis, atq; vt hoc exactè ſentiat differẽtias omnes motus. Et propter hoc in aqua etiam audimus, quia non ingreditur in ipſum inſitum aerem, nec in aurem ob obliquitates ipſius, aqua; quod ſi acciderit, non audimus. Nec itẽ, ſi ægrotauerit ipſa membrana. Quemadmodum etiam non videmus: cùm ea pellis ægrotat, quæ pupillã complectitur. f At enim ſignum id eſt audiendi, vel non audiendi. Nam auris ſemper ſonat perinde ac cornu. ſemper enim aer inſitus motu ſuo quodã in auribus agitatur. Verum ipſe ſonus alienus eſt, & non proprius.* Text. 84. *Et propterea veteres vacuo nos inquiunt audire, ac perſonante; quia audimus eo, quod determinatum aerem habet. Sed vtrum horum duorum ſonet: vtrum id quod verberatur, an id quod verberat? At conſtat vtrumque ſonare, modo autem diuerſo.* Text. 85. *Sonus enim motio eſt eius, quod eo motu moueri poteſt, quo mouentur ea, quæ reſiliunt à corporibus læuibus cũm quiſpiam percutit. Nec omne quoduis tam verberatum, quàm verberans ſonum efficit, vti diximus, non enim vt patet, ſonus efficitur, ſi acus feriat acum. Sed opus eſt, vt id, quod verberatur, ſit planũ quo ſimul aer inde reſiliat, totuſvè concutiatur. h Atque differentiæ ſonorum actu ſono manifeſtè fieri ſolent.* Text. 86. *Nam vt abſque lumine non videntur colores, ſic neque acutum graueque ſine ſono diſcernitur. Hæc autem à tangibilibus tranſ-*

Quo pacto auditus inſtrumentum à ſono moueatur.

e Ineſt autem auditui. ) Explanat qua ratione audiendi inſtrumentum à ſono immutetur. Habet quippe auditus organo ſuo congenitum aerem, qui ab externo aere moto notionaliter, à ſono notionaliter etiam, ideſt, per ſpecies mouetur. Ideoque non omnia animantium membra audiendi vi pollent; quia non omnibus huiuſmodi aer innatus eſt, ſed tantùmmodo auribus, intra quas obliteſcit. Porro diſcrimen eſt inter externum aerem, & eum, quem auribus natiuum ponimus

Obra protegida por direitos de autor

nimus, quòd licet vterque ſoni expers ſit, ille tamen facilè diſsipatur, ſonumque edit, hic verò immotus perſiſtit, vt omnia ſonorum genera comprehendat, & dignoſcat, quemadmodum & humor cryſtallinus omni colore vacat, vt colores õnes percipiat: ob eãq; cauſam etiã intra aquã audimus, quia ipſum aerem auditui congenitum aqua non ſubit. Quòd ſi vnquam vehementiori facto impetu, eò irrumpat, non ſentitur ſonus. Quod ſimiliter accidit cùm membrana aerem illum cõplectens vitio aliquo laborat.

*traslatione dicuntur acutum nanque multúm in breui tempore ſenſum mouet: graue verò longo in tempore parùm. Non igitur idem eſt acutũ, & velox, neque graue tardũq́, ſed ſit alterius quidem motus propter velocitatem talis: alterius autem talis ob tarditatem. Et ſimilia eſſe videntur acuto, atque obtuſo, quæ ſunt in tactu( nam acutum quidẽ quaſi pungit, obtuſum autem quaſi pellit) quia illud in pauco, hoc in multo tempore mouet. Quare ſit vt illud ſit velox,*

Text. 87. *hoc tardum. Atque de ſono quidem determinatum ſit hactenus. i Vox autem ſonus quidam eſt animantis. Nihil enim inanimatorum, vocem habet, ſed ſimilitudine quadam dicuntur vocem emittere, vt tibia, lyra, cæteraque inanimata, quæcunque extenſionem, concentum, & locutionem: horũ enim ſoni ſimiles eſſe voci videntur, quia vox & hæc eadẽ habet. Atqui complura ſunt animalium, quæ non eliciunt vocem, vt ea, quæ ſanguinis expertia ſunt, & eorũ quæ ſanguinem habent piſces, atque id non abſque ratione. Siquidẽ ſonus motio quædam aeris eſt. Sed qui vocem dicũtur emittere, vt Acheloi fluuij piſces, ij branchijs ſane ſonitant, vel*

Text. 88. *aliqua ſimili parte. Vox autem & ſonus eſt animalis, & non quauis efficitur ſine diſcrimine parte. Sed cum aliquo percutienti aliquid, & in aliquo, quod quidem eſt aer, ſonus effici ſoleat, iure profectò vocem, animalium ea ſolúm habebunt, quæ ſuſcipiunt aerem. k Iam enim ipſa natura vt ad guſtum, & locutionem vtitur lingua, quorum guſtus quidẽ neceſſarium eſt ( quapropter pluribus ineſt ) interpretatio verò eſt gratia boni, ſic & aere, qui reſpiratione trahitur ad duas vtitur operationes, ad internum, inquam, diſponendum calorem, quod quidem eſt neceſſarium, & cauſam in alijs explicabimus, & ad vocem etiam conficiendam ob bonum.*

Text. 89. *Inſtrumentum autem reſpirãdi fauces ſunt, pulmoque, ideſt, gratia cuius eſt iſta pars. Nam ea, quæ gradiuntur, hac in parte plus habent caloris, quam cætera. Is præterea locus, qui circa cor eſt primus, reſpiratione nimirum eget. Idcirco neceſſarium eſt aerem ingredi reſpiratione attractũ:*

Text. 90. *Quare vox eſt ictus aeris reſpiratione attracti, qui quidem ab anima ſit ea, quæ in his partibus collocatur ad eam partem,*

f At enim ſignũ. ) Quòd congenitus aer atque immotus organum ſit audiẽdi ſigno quodam oſtendit. Si enim auris quodam veluti bombo perſonat inſtar cornu, minimè audimus, moto ſcilicet & agitato, atque adeò malè affecto interno illo aere. Qua de cauſa( inquit Ariſtoteles ) veteres quidam putarunt etiam in vacuo audiendi actionẽ elici poſſe, quód ſat eſſet intra nos cõgenitum aerẽ pulſari.

Aerem innatum eſſe organum audiendi.

g Sed vtrũ horũ. ) In quæſtionem adducit, quidnam ſoni cauſa dici debeat, percutiens ne, an percuſſũ. Reſpondet vtrunque eſſe cauſam ſoni, alia tamen, atque alia ratione. Percuſſũ quatenus reſiſtẽdo, percutiens quatenꝰ feriendo in cauſa eſt vt interceptus aer diſsultet; ſiquidẽ ſonus ex conflictu duorũ corporum, & aeris deſultu naſcitur. Deinde, rurſus explicat cuiuſmodi eſſe debeãt corpora, quæ ſe ferunt ad ſonũ, vtique lęnia, & plana eſſe oportere, quia ab aſperis ob eminentias, & ſuperficierum inæqualitatem non reſilit vnus aer continuus, quod ad ſonum neceſſum eſt, ſed diffluit, ac diſpergitur.

Tam percutiens, quã percuſsũ corpus eſt cauſa ſoni.

h Atque differentię ſonorum. ) Soni ſpecies, ſeu differentias inueſtigat, & qua ratione percipiantur docet aiens, ſicuti viſus non diſtinguit colores abſq; lumine, ita neque auditum ſono internoſcere, niſi cum actu eduntur. Explicat vero quid ſit acutum, & graue in ſonis, ducta ſimilitudine ab ijs, quę tactum feriunt. Vt enim in his acutum dicitur quod in mucronem deſinens breui tempore magnam plagam infert: obtuſum vero, quod multo tempore non ferit, ſic acutum ſonum appellamus eum, qui breui tempore auditum acriter mouet; grauem, qui parúm. Vnde rectè colligit Ariſtoteles non eundem eſſe velocem, & tardum ſonum, acutum, & grauem. Nam vt in ijs, quę tanguntur, acutum ſequitur inciſio, & velox diuiſio corporis; obtuſum vero pulſio, & tarda ſectio, ſic acutum ſonũ celeritas comi,

Quis acutus ſonus, quis grauis.

Acutus ſonus velox eſt, grauis tardus.

Obra protegida por direitos de autor

# SVMMA CAPITVM, ET QVÆSTIONVM, QVÆ IN HISCE LIBRIS ARISTOTELIS DE Anima, & adiuncto Tractatu de Anima Separata continentur.

## In Primi Libri PROOEMIO.

Vtilitas ſcientiæ horum librorũ; eorum ſubiectum, pręſtantia, & ordo ad cęteras Ariſtotelis commentationes.

Quęſtio. 1. Num intellectiuę animę contemplatio ad phyſiologię doctrinam pertineat,
Artic, 1. Variæ philoſophorum ſententię.
2. Totius quæſtionis diſſolutio.
3. Explicatio rationum, quę ſuperius dictis aduerſari videbantur.

### CAPITE PRIMO.

Scientiæ de anima dignitas: methodus inueniendi animæ definitionem: ac modus, quem in definiendo ſeruent Phyſiologus, Medicus, Dialecticus, & Mathematicus.

### CAP. II III. IIII. V.

Tres philoſophorum ſectę de animę natura admodum inter ſe diſsidentes proponuntur.

## In Secundi Libri PRO OEMIO.

Partitio libri in quatuor partes.

### CAPITE PRIMO.

Diuiſiones quędam: entis ſcilicet, ſubſtantiæ, & actus præmittuntur: tunc traditur prima animę definitio.

Quęſtio. 1. Recte ne Ariſtoteles animam definierit.
Artic, 1. Enodatur peripatetica animæ definitio.
2 Argumenta contra ſuperiorem definitionem.
3. Quod anima non ſit temperamentum.
4. Quod anima ſit ſubſtantia,
5. Quod anima neque materia, neque corpus ſit.
6. Quod anima intellectiua ſit ſpiritalis ſubſtantia, non tamen particula diuinæ mentis,
Diluuntur argumenta ſecundi articuli. 7.
Sit ne anima quidpiam ſubſiſtens, an non. Quęſtio. 2.
Argumenta ad diſquirendam rei propoſitę veritatem. Artic. 1.
Explicatio quæſtionis: dilutio argumentorũ. 2.
Vtrum animę intellectiuæ à Deo creentur, an non. Quæſtio. 3.
Diuerſa dogmata de noſtrorum animorum origine. Artic. 1.
Quid in re propoſita ſentiendum ſit. 2.
Diſſolutio argumentorum primi articuli. 3.
Quonam puncto temporis videatur anima intellectiua in corpus infundi. Quęſtio. 4.
De ordine, progreſſuque animarum in materia fœtus, ante infuſionem animæ intellectiuę: diuerſę auctorum ſententię. Artic. 1.
Solutio propoſitę dubitationis. 2.
Vtrum omnes animę intellectiuæ naturę dignitate pares ſint. Quæſtio. 5.
Negatiuæ partis argumenta. Artic. 1.
Argumenta pro parte affirmatiua. 2.
Vtraque pars controuerſię probabilis indicatur: perfertur affirmatiua, diluuntur aduerſariorum argumenta 3.
Sit ne anima intellectiua vera hominis forma. Quęſtio. 6.
Quę argumenta negatiuam partem quæſtionis aſtruere videantur. Artic. 1.
Negari non poſſe animam intellectiuam eſſe vere ac proprie formam hominis. 2.
Obuiam itur argumentis initio quęſtionis propoſitis. 3.
Vtrum animę rationis participes ad numerum hominum multiplicentur, an non. Quęſtio. 7.
De palingeneſia, & de vnitate formæ aſsiſtentis, quam nonulli finxere. Artic. 1
Refellitur error Cõmentatoris ponentis vnum duntaxat intellectum, ſeu formam aſsidentẽ. 2.
Futilia eſſe argumenta initio propoſita. 3.
Sint ne omnes animæ diuiſibiles, an non. Quęſtio. 8.
Confutantur falſę quorundam opiniones. Artic. 1.
Aliorum auctorum placita explicantur. 2.
Solutio quæſtionis, enodatio argumentorum vtriuſque partis. 3.
Sit ne tota anima in toto corpore, & tota in qualibet eius parte. Quęſtio. 9.
Diſceptatio propoſitę dubitationis. Artic. 1.
Referuntur varia philoſophantium dogmata: conſtituitur vera ſententia. 2.

¶ Explica-

Obra protegida por direitos de autor

3. Explicatio argumentorum primi articuli.

CAPITE II.

POſita tripartita diffiniendi via, & quatuor vitalium operationum generibus conſtitutis, colligitur tandem ab effectis ſecunda animæ definitio, per quam ad finem capitis prior demonſtratur.

Quęſt. 1. Recte ne tradita ſit poſterior animę diffinitio, & an per eam prior demonſtretur.
Artic. 1. Recte traditam eſſe.
2. Quo pacto animę diffinitiones ex ſe mutuo demonſtrentur.

CAPITE III.

QVinque colliguntur animę potentię, per quas quatuor conſtituuntur viuentium genera: ſitque poſitio in figuris exemplo, cōparatio inter animam vegetatiuam, ſenſitiuam, & intellectiuam.

Quęſtio. 1. Recte ne tripartita animarū varietas aſsignetur.
Artic. 1. Videri primum non recte: re tamen vera recte aſsignari.
Quæſtio. 2. Sint ne potentiarum genera quinque, viuentium quatuor.
Artic. 1. Quinque eſſe genera potentiarum.
2. Quatuor eſſe genera viuentium.
Quęſtio. 3. Vtrum potentię animę ab eius eſſentia manēt.
Artic. 1. Negatiuæ partis argumenta.
2. Quęſtionis & argumentorum explicatio.
Quęſtio. 4. Vtrum ne animæ potentię re ipſa ab ea differant, an non.
Artic. 1. Diuerſæ philoſophorum ſententię.
2. Quid in propoſita quęſtione ſentiendum ſit.
3. Solutio argumentorum primi articuli.
Quęſtio. 5. Diſtinguantur ne potentię per actus, & obiecta.
Artic. 1. Videri non diſtingui.
2. Potentias diſtingui per actus & obiecta, neque argumenta in aduerſum aducta vim habere.

CAPITE IIII.

ANimę vegetatricis diffinitio traditur: tres eius recenſentur functiones: nutritio, accretio, generatio: atque pro occaſione rei de alimento, & calore nonnulla ſubduntur.

Quęſtio. 1. Vtrum potentię vegetatricis animę inter ſe realiter differant.
Artic. 1. Opinio exiſtimantium diſtingui inter ſe realiter.
2. Conſtituitur pars negatiua, diluuntur aduerſariorum rationes.

CAPITE V.

ANimæ ſenſitiuę natura inde oſtenditur, quod potentia ſit paſsiua: ad quod probandum multa de actu, potentiaque, quibus aliquid, agere patiue dicitur, in medium afferuntur.

CAPITE VI.

TRiplex apponitur diuiſio communis ſenſibilis, & vnius cuiuſque membri definitiones aſsignantur.

Sit ne ſenſus potentia paſsiua tantum, an etiam actiua. Quęſtio. 1.
Diuerſę auctorum ſentētię, eorumq; refutatio. Artic. 1.
Quęſtionis concluſio. 2.
Vtrum ſpecies aliquę ſenſibus ad operationes eliciendas imprimantur. Quęſtio. 2.
Qui ſpecies negarint, & quibus adducti argumentis. Artic. 1.
Conſtituitur pars affirmatiua quęſtionis, diluuntur aduerſariæ partis argumenta. 2.
Dubia quędam explicantur. 3.
Vtrum ne diuina potentia aliqua notitia abſtractiua in externis ſenſibus dari queat. Quęſtio. 3.
Quid in re propoſita ſentiendum videatur. Artic. 1.
Argumenta aduerſus ea, quę ſuperiori articulo concluſa ſunt, eorumque dilutio. 2.
Sint ne quinque ſenſibilia communia. Quęſtio. 4.
Videri pauciora: videri plura. Artic. 1.
Quinque tantum eſſe ſenſibilia cōmunia: nec oppoſitum concludi ſuperioribus argumētis. 2.
Vtrum ſenſibile commune proprium ſpeciem ſenſiterio inurat. Quęſtio. 5.
Eorum opinio qui ad affirmatiuam partem deflexere. Artic. 1.
Negatiuam partem veram eſſe, neque aduerſariorum argumenta quicquam efficere. 2.
Vtrum ne in ſenſu circa proprium ſenſibile error accidat. Quęſtio. 6.
Proponuntur in contrarias partes argumenta. Artic. 1.
Controuerſię explicatio. 2.

CAPITE VII.

VIſus excellentia, atque obiectum commendatur, agiturque ſimul de medio, ac ratione videndi.

Num recte Ariſtoteles perſpicuum, & colorem definierit, nec ne. Quęſtio. 1.
Recte perſpicuum definiiſſe. Artic. 1.
Num eadem coloris & lucis natura ſit, an non. Quęſtio. 2.
Qui eandem eſſe pulent, & quibus argumētis. Artic. 1.
Apparentes colores à lumine non diſtingui, veros diſtingui. 2.
Qui nam ſit colorum ortus, & origo. Quęſtio. 3.
De coloribus apparentibus, & fictitijs. Artic. 1.
De varietate nominibus, & mutatione colorū. 2.
Vtrum lumen ratione medij, an obiecti tantū, vel etiam ratione vtriuſque ad viſionem requiratur. Quęſtio. 4.
Diuerſę philoſophorum ſententię. Artic. 1.
Concluditur lumen tam ratione medij, quàm obiecti ad viſionem requiri. 2.
Vtrum viſio fiat immiſsis ab oculo radijs, an receptis ab obiecto imaginibus. Quęſtio. 5.
Philoſophorum quorundam pręſentim Platonis opinio, & eius confirmatio. Artic. 1.
Verę opinionis explicatio. 2.
Solutio argumentorum, quę articulo primo propoſita fuere. 3.
An oculorum compoſitio ad viſionem ob- Quęſtio. 6.

undam

Obra protegida por direitos de autor

undam accommodata ſit.
Artic. 1. De oculorum pręſtantia, ſitu, & figura.
2. De ijs, quæ ad internam oculorum fabricam ſpectant.
Quęſtio. 7. Vtrum viſio fiat in humore Cryſtallino.
Artic. 1. Quibus argumentis oſtendi videatur non ibi fieri.
2. Conſtituitur pars affirmatiua quæſtionis.
Quęſtio. 8. Vtrum in ſpeculo imago videatur.
Artic. 1. Affirmatiuę partis argumenta.
2. Non videri in ſpeculo imaginem.
Quęſtio. 9. Vtrum ij, qui aquarum inſpectores vulgo habentur, reuera ſub tertis aquas videant.
Artic. 1. Quęſtionis in vtranque partem diſceptatio.
2. Quæſtionis explicatio.

CAPITE VIII.

DE auditu, eius obiecto, functionibus, ſonorum differentijs: deque inſtrumento, & vocis efformatione diſſeritur.
Quęſtio. 1. Quidnam ſonus, quę vè eius cauſa effectrix ſit.
Artic. 1. Statuuntur nonnullę propoſitiones.
2. Propoſitiones aliæ traduntur.
Quęſtio. 2. Quodnam ſoni ſubiectum ſit, quod medium.
Artic. 1. Sonum non recipi in corporibus ſolidis quorum conflictu editur: eius medium eſſe aerē & aquam.
2. Quo pacto ſonus, eiusvè ſpecies ad auditum traijciantur.
Quęſtio. 3. Quo pacto vox formetur, & quę eius natura ſit.
Artic. 1. De formandæ vocis inſtrumentis, & artificio.
2. Explicatur vocis definitio ab Ariſtotele tradita.
Quęſtio. 4. De potentia audiendi.
Artic. 1. Quę ſit eius præſtantia, quæ officia.
2. Qua in parte facultas audiendi conſtituta ſit.

CAPITE IX.

ODoratus natura, ſpecies odorum, medium, & odorandi inſtrumentum.
Quęſtio. 1. Sit ne odor exhalatio corporis odorati.
Artic. 1. Affirmatiuę partis argumenta.
2. Odorem non eſſe fumeam exhalationem, nec argumenta ſuperius adducta id conficere.
Quęſtio. 2. Quonam pacto odor gignatur, quodque eius ſubiectum ſit.
Artic. 1. Explicatio propoſitæ dubitationis.
2. Quorundam obiectionum dilutio.
Quęſtio. 3. Quo pacto diffundatur odor, & per quod medium ad olfactum perueniat.
Artic. 1. De odoris diffuſione.
2. Medium odoris eſſe aerem, & aquam.
Quęſtio. 4. Quodnam ſit organum olfactus
Artic. 1. Diuerſę opiniones.
2. Verę ſententię explicatio.
Quęſtio. 5. Vtrum olfactus hominis hebetior ſit quam aliorum animantium.
Artic. 1. Pręſtantia olfactus, argumentaque pro parte negatiua propoſitę quęſtionis.

Controuerſię dilutio. 2.

CAPITE X.

GVſtatus natura, eius obiectum, ſpecies, medium & inſtrumentum.
De ortu, & natura ſaporis, deque eius ſpeciebus. Quęſt. 1.
Quę concurrant ad generationem ſaporis, & quę eius definitio. Artic. 1.
Quę ſint ſpecies ſaporum. 2.
Vtrum ne guſtus á ſenſu tactus, & natura, & organo differat. Quęſtio. 2. 3.
Differre in primis natura. Artic. 1.
Differre etiam organo. 2.

CAPITE XI.

TActus natura & eius inſtrumentum expenduntur.
Quodnam ſit tactus organum: quod medium. Quæſtio. 1.
Diuerſę Philoſoforum ſententię de organo tactus & quęnam earum amplectenda ſit. Artic. 1.
De medio tactus. 2.
Sit ne vnus tactus, an plures. Quęſtio. 2.
Varię Philoſophorum opiniones. Artic. 1.
Concluditur vnum tantum ſpecie tactum eſſe, Diluuntur rationes exiſtimantium plures eſſe. 2.
Vtrum ſenſibile poſitum ſupra ſenſum ſentiatur. Quęſtio. 3.
Affirmatiuę partis argumenta. Artic. 1.
Exponuntur diuerſa in propoſita quæſtione Philoſophorum placita, & communis ſententia defenditur. 2.
Diſſoluuntur argumenta pertinentia ad tactum, guſtum: & alia quędam opinio proponitur. 3.

CAPITE XII.

COlligũtur quędam ſingulis ſenſibus communia, vt ſunt recipere ſpecies, atque habere organum, quod qua in parte in ſingulis reſideat ſimul exponitur.
Vtrum ne ſenſus ab excellenti ſenſibili lędatur, an non. queſtio. 1.
Diſputatur primo pro parte negatiua, ſed aſtruitur affirmatiua pars quęſtionis. Artic. 1.
Particulatim explicatur quo pacto ſinguli ſenſus ab excellenti ſenſibili lędantur, ſoluunturque argumenta initio propoſita. 2.

## In Tertij Libri
## PROOEMIO.

DIſtributio Libri Tertij in quatuor partes diſſidiumque Auctorum de exordio eius.



Obra protegida por direitos de autor

CAPITE PRIMO.

DIſſeritur de numero ſenſuum externorum, quos quinque tantum eſſe, & homini, perfectiſque animantibus conuenire inde probatur, quod tam illis, quam his, horum ſenſuum organa conueniant.

Quæſtio. 2. Sint ne quinque ſenſus externi.
Artic. 1. Videri pauciores: videri plures eſſe.
2. Reuera nec plures, nec pauciores eſſe ſenſus externos, quàm quinque.
3. Diluitur primum argumentum primi articuli: ſtatuitur contra Medicos, externos ſenſus non eſſe virtutes influentes, ſed ingenitas.
4. Reſponſio ad cætera primi articuli argumenta.

CAPITE. II.

DAndus eſt ſenſus communis, qui externorum ſenſuum actiones dignoſcat.

Quæſtio. 1. Vtrum externi ſenſus functiones ſuas percipiant, nec ne.
Artic. 1. Quibus rationibus pars affirmatiua oſtendi videatur.
2. Approbatio negatiuę partis. Dilutio argumentorum ſuperioris articuli.
Quęſtio. 2. An detur ſenſus communis, & vtrum is in cerebro reſideat.
Artic. 1. Quibus indicijs cõmunis ſenſus deprehendatur.
2. Senſum communem non in corde, ſed in cerebro reſidere.

CAPITE III.

NVmerus ſenſuum internorum, & eorum inter ſe diſcrimina enucleantur: ac tandem definitiones phanthaſiæ, & imaginationis traduntur.

Quæſtio. 1. An internorum ſenſuum numerus rectè à philoſophis conſtituatur.
Artic. 1. Quibus argumentis internorum ſenſuum multitudo collecta fuerit.
2. Conſtituitur internorum ſenſuum numerus ex communi philoſophorum ſententia.
3. Inducitur alia quędam minus communis opinio, quæ tamen cęteris probabilior videatur.
4. De ſede internorum ſenſuum.
5. Qui ſenſus interni, quibus competant animantibus.
Quęſtio. 2. An aliquis internus ſenſus diuidat, componat, & diſcurrat.
Artic. 1. Argumenta partis negatiuæ.
2. Propoſitæ difficultatis enodatio.
3. Solutio argumentorum primi articuli.

CAPITE IIII.

NAtura intellectus poſsibilis exponitur, obiterque expeditur quomodo fiat intellectio.

CAPITE V.

DEclaratur natura, & officium intellectus agentis, attributaque eius apponuntur.

Quęſtio. 1. Vtrum in anima humana detur intellectus agens, an non.
Diuerſa philoſophantium placita. Artic. 1
Dari in anima humana intellectum agentem, & quid inter eũ, & patientem ſit diſcriminis. 2.
Reſponſio ad argumenta initio quęſtionis propoſita. 3.
Quę ſint intellectus agentis munia. Quęſtio. 2.
De illuſtratione phantaſmatum. Artic. 1.
De alio duplici munere intellectus agentis. 2.
Vtrum neceſſario dandę ſint in noſtro intellectu ſpecies intelligibiles, an non. Quęſtio. 3.
Varię philoſophorum ſententię. Artic. 1.
Non eſſe negandum dari ſpecies intelligibiles: & has ceſſante actu intelligendi manere in intellectu contra Auicennam. 2.
Solutio argumentorum primi articuli. 3.
Dentur ne in noſtro intellectu ſpecies intelligibiles, quę propriæ ſint rerum ſingularium, an non. Quęſtio. 4.
Negatiuæ partis argumenta. Artic. 1.
Argumenta partis affirmatiuę. 2.
Vtraque pars controuerſię probabilis iudicatur: pręfertur tamen negatiua, vt magis peripatetica: vtriuſque argumenta diluuntur. 3.
Num ſpecies intelligibiles ab intellectu agente producantur. Quęſtio. 5.
Reiectis quorundam placitis, ſtatuuntur aliquot aſſertiones. Artic. 1.
Traduntur alię aſſertiones de ſpeciebus, quę à ſolo intellectu poſsibili gignuntur. 2.
Num omnes interni ſenſus, & quonam cauſę genere cum intellectu agente concurrant ad producendas ſpecies intelligibiles. Quęſtio. 7.
Explicatur prior controuerſię pars. Artic. 1.
Explanatur altera pars propoſitę controuerſię. 2.

CAPITE VI.

EX vario operandi modo diuiditur intellectus in actu, in ſimplicem, & compoſitum, & agitur de ratione, qua veritas, & falſitas in eis inueniatur.

CAPITE VII.

DVcto in multis ſimili à ſenſu communi ponitur diſcrimen inter intellectum practicum, & ſpeculatiuum.

CAPITE VIII.

QVę de ſenſus, ac intellectus ſimplicitate, compoſitione, ac diuiſione ſuperioribus capitibus dicta erant, ſuo modo animæ accommodantur.

Vtrum intellectus patiens ſit potentia paſsiua: & omnino pura potentia, an non. Quęſtio. 1.
Intellectum patientem eſſe potentiam tum paſsiuam, tum actiuam. Artic. 1.
Intellectum patientem in quodam ſenſu non eſſe puram potentiam, in alio an ſit diſquiritur. 2.
Intellectum patientem ex ſua primęua origine eſſe puram potentiam in genere intelligibilium. 3.


Vtrum

Obra protegida por direitos de autor

Quęſtio. 2. Vtrum intellectus patiens in homine vnus ſpecie ſit; an plures.
Artic. 1. Quę argumenta oſtendere videãtur plures eſſe.
2. Intellectum patientem in homine eſſe vnum ſpecie: nec argumenta in contrariam partem adducta concludere.
Quęſtio. 3. Vtrum ne per intellectionem verbum producatur, an non.
Artic. 1. Quibus argumentis oſtendi videatur non produci.
2. Explanatio quęſtionis.
3. Soluitur primum argumentum initio quæſtionis propoſitum: ſtatuitur intellectionem non eſſe qualitatem, ſed veram, propriamq; actionem.
4. Diluuntur cętera argumenta.
Quęſtio. 4. Quo pacto inter ſe differant ſpecies intelligibilis, intellectio, verbum, & obiectum.
Artic. 1. Intellectionem diſtingui re ipſa ab ſpecie intelligibili.
2. Verbum, & intellectionem idem re eſſe, non tamen idem ratione: vtrumque tamen ab obiecto realiter diſtingui.
Quæſtio. 5. Habeamus ne proprios rerum ſingularium conceptus.
Artic. 1. Negatiuę partis argumenta.
2. Affirmatiuam controuerſiæ partem veram eſſe.
3. Dilutio argumentorum, quę pro negatiua parte quęſtionis adducta fuere.
Quęſtio. 6. Poſſit ne intellectus noſter plura ſimul intelligere, an non.
Artic. 1. Qui negatiuam partem ſecuti ſint, & quibus eam argumentis probarint.
2. Poſſe plura, vt plura ſimul intelligi.
3. Dilutio argumentorum primi articuli.
Quęſtio. 7. Vtrum Anima humana ſe per ſuam eſſentiam intelligat, ſimiliterque intelligendi vis, & ſe, & proprias functiones, atque habitus ſibi inhęrentes dignoſcat.
Artic. 1. Quęſtionis in diuerſas partes agitatio.
2. Controuerſię diſſolutio.
3. Explicatio argumentorum, quę in vtramque partem adducta fuere.
Quęſtio. 8. Num intelligentem ſpeculari phãtaſmata oporteat, nec ne.
Artic. 1. Quę argumenta ſuadeant non oportere.
2. Diuerſa auctorum placita, & explicatio verę ſententię.
3. Dubia quędam enodantur.
4. Reſponſio ad primi articuli argumenta.

CAPITE IX.

FActo argumento per omnes animę potentias, probatur nullam illarum motricem vim eſſe.

CAPITE X.

Quęnam ſit facultas motrix, quę eius principia, & organum: quęque in animali motu reperiatur.

CAPITE XI.

EX appetitu, qui principium eſt motus, omnibuſque ineſt animantibus, concluditur ineſſe etiam illis vim motricem agiturq; de ratione deliberante, quę vt ſolis animantib9 ratione prędítis conuenit, ſic ſolùm in eis principium eſt motus.

CAPITE XII.

COmparantur inter ſe facultates animę, è quibus duæ tantùm, guſtatrix, & tactilis neceſſariò omnibus inſunt animantibus.

CAPITE XIII.

NVllum animal ex vno, ſed omne ex quatuor elementis componitur: atque tactu deſtructo diu viuere nequit.

Diſtribuatur ne recte appetitus in intellectiuum & ſenſitiuum. Quęſtio. 1.
Videri non recte diſtribui. Artic. 1.
Conſtituitur pars affirmatiua quæſtionis. 2.
Quibus inter ſe differant appetitus ſenſitiuus, & intellectiuus. 3.
Diſſoluuntur tria primi articuli argumenta 4.
Diſſoluitur prior pars quarti argumenti, agiturque de admiratione, 5.
Dilutio alterius partis eiuſdem argumenti: Diſputatur de riſu. 6.
Sit ne voluntas intellectu nobilior, an non. Quęſtio. 2.
Qui partem affirmatiuam ſequantur, & quibus eam argumentis probent. Artic. 1.
Concluditur intellectum voluntate nobiliorem eſſe, ſimulque aduerſarię partis argumenta infirmantur. 2.
Vtrũ volũtas re ipſa differat ab intellectu, an nõ. quęſtio. 3.
Quibus argumentis pars negatiua quęſtionis oſtendi videatur, Artic. 1.
Negatiuam controuerſiæ partem veram eſſe, nec argumenta ſuperius adducta concludere. 2.
Vtrum vt voluntas ſuum eliciat actum, requiratur in intellectu iudicatrix notitia an non. quęſtio. 4.
Quæſtionis in affirmantem partem diſputatio. Artic. 1.
Diſputatio controuerſiæ in partem, quę negat. 2.
Vtraque pars controuerſię probabilis cenſetur, vtriuſque argumenta diluuntur. 3.
Vtrum ad animantium motum vis dirigens, impellens & exequens concurrat: nec ne. quęſtio. 5.
Diſputatio quęſtionis in partem negatiuam. Artic. 1.
De duplici facultate, altera motum dirigente, altera imperante. 2.
De vi executrici motus. 3.
Occurritur argumentis initio propoſitis. 4.

## IN TRACTATVS De Animæ Separatæ PROOEMIO.



Obra protegida por direitos de autor

INſtitutum tractationis, ſubiectum, & diſtributio.

De immortalitate, & natura animæ rationalis.

Diſputat. 1. Artic. 1. Diuerſę philoſophorum veterum ſententię circa animæ immortalitatem.

Quid Ariſtoteles in re propoſita iudicarit.

2. Animam rationalem immortalem eſſe naturali lumine demonſtratur.

3. Obiecta quędam aduerſus ſuperiora argumenta & eorum diſſolutio.

4. Quid de eadem re fides decernat.

5. Argumentorum quorundam ſolutio aduerſus doctrinam ſuperioris articuli.

6. Vtrum anima ſeparata eſſentialiter ab anima diſtinguatur.

7. De animę ſeparatę ſtatu, modove eſſendi extra corpus.

Diſputat. 2. Quid ſit ſtatus ſeparationis.

Artic. 1. Sit ne ſeparationis ſtatus animę rationali naturalis.

2. Vtrum anima ad vnionem corporis naturaliter propenſa ſit.

3. Soluitur quartum argumentum ſuperioris articuli pro Scoto.

4. De ijs, quæ ad cognitionem animę ſeparatę pertinent per modum actus primi.

Diſputat. 3. Artic. 1. Vtrum potentię cognoſcentes animam à corpore abeuntem comitentur.

Soluuntur argumēta ſuperiori articulo adducta.

2. An ne ſpecies, atque habitus in intellectu, & voluntate animæ coniunctę reſidentes, eandē à corpore ſeparatam comitentur.

3. Vtrum ab intellectu animæ ſeparatę fluant ſpecies naturaliter. 4.

Vtrum anima ſeparata pręter eas ſpecies, quas exportat, alias vel ab obiectis hauſtas, vel à Deo impreſſas, vel vtroque modo comparet. 5.

Reſpondetur argumentis vtriuſque ſententię ſuperioris articuli, apponiturque tertia quorundam recentiorum. 6.

De actuali cognitione animę ſeparatæ. Diſputat. 4.

An anima ſeparata actum cognitionis re vera exerceat. Artic. 1.

Quarundam dubitationum reſolutio vnde modus cognoſcendi animæ ſeparatę plenius intelligatur. 2.

De obiecto cognitionis animę ſeparatę. Diſputat. 5.

An ea omnia, quę nullo pacto ſupra naturam ſunt, diſtinctè, cognoſcantur ab anima ſeparata. Artic. 1.

Vtrum animę ſeparatę cognitione ſiue confuſa, ſiue diſtincta cognoſcant res modo aliquo ſupernaturales. 2.

De motu animę ſeparatę. Diſputat. 6.

Argumenta, quę probare videntur in anima ſeparata potentiam tum ſui, tum, aliorum motricem non dari. Artic. 1.

Refelluntur nonnullę ſententię de potentia motrice animę, & vera ſtatuitur. 2.

Occurritur argumentis primi articuli. 3.

De actu ac termino potentię motricis animarum ſeparatarum. 4.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor

Obra protegida por direitos de autor